

hunt : de qua voce jam supra non uno tantum loco dictum est. Ierosolymitani autem equos et quadrigas expectabant ex Ægypto : atque ita accipio *lamed*, pro *curritus et jugulatus*, id est, ut inde habeatis currus et jugalia. Stultum autem esse affirmat currus et equos expectare, quandoquidem ascensores non haberent, etc.

VERS. 10. — ET NUNC, id est, adde, omitto, pratero, quod non sine Domini voluntate, etc. Alinunde adhuc fiduciam in Deum vult evertere. Ad verb. *prater Jehova vel sine*. Non inconsulto Domino, imò præcipiente Domino Deo vestro, hanc provinciam suscepisti. Inanis ergo est vestra in ipsum fiducia.

VERS. 11. — SYRA LINGUA, *Aramiticæ*, seu *linguæ Aramææ*. INTELLIGIMUS ENIM, vel *callemus enim*, Hebr. *nam audientes nos*. Nondum enim Judæis in Babylone translati, Chaldaicam linguam, quæ in multis Syriæ provinciis communis erat, pauci tantum intelligebant : sicut postquam illinc reversi sunt, non omnes Hebræicè sciebant, sed docti tantum et Scripturis assueti à pueritia. Quà ratione factum est ut in Chaldaicam linguam Scripturæ verterentur : erat enim illa jam vulgata, eò quod paucissimi essent ex Judæis qui in Chaldæa nati non fuissent. Unde Christus tempore sermo vernaculus erat Syriacus, aut saltem mixtus ex utraque linguâ, quamvis aliqui affines sint ambæ lingue, et altera alterius dialectus. IN AUDIBUS POPULI, id est, audientibus iis qui *super muro sunt*. Exeuntibus enim legatis ad colloquendum cum Assiriis, multi, ut fit, in murum ascenderant, ut viderent quid inter eos ageretur.

VERS. 12. — ET NON POTIUS AD VIROS. Astutus Assyrius dux populum in sententiam suam adulationibus, quæ apud vulgus plurimum valent, pertrahere aggreditur, occasione sumpta à timiditate quam in legatis subolfecerat : et qui ea quæ dicebat ut regi nuntiarent præcipiebat, jam ad populum se missum profectus : quare et eorum vices dolere se insinuat, et in regem ac principes invidiam excitat. Sciebat enim imperitæ multitudinis ingenium, ac quàm præceptis sit ad judicandum reges sibi tantum consulere, et subditorum miseris non tangi. URINAM PEDCM SCOTUM. In textu Bibliorum est nomen plur., cum affixo pronomine, *scheinaichem*, estque nomen Chaldaicum, quod retinuit Isaias, sicut quod præcessit, ut mox dicturus sum. At in margine scriptum est *aquas pedum* : sic enim honestè urinam circumloquuntur, sicut honestè dicunt : *De inter pedes pro de genitalibus* : de qua formâ jam dixi nonnihil in comm. In illa verba : *Dominus legifer noster*, etc. STERCORA. In textu est nomen *coraam*, quod etiam Chaldaicum est, et *stercora* notat : nam *cor* illis est *foramen*. Peregrinas itaque voces honestatis gratiâ retinuit Isaias. In margine autem est, *toatham*, quod *egestionem* designat Hebræis. Qui locus fecit ne multum fidei adhiberem sententiæ nonnullorum rabbinorum, neque invidiorum, qui dicunt lectionem marginalem non esse variam lectionem, sed esse germanam : et quamvis in textu aliter scribatur, proferendas tamen esse voces iuxta lectionem quæ in margine est.

VERS. 13. — ET STETIT, ET CLAMAVIT, id est, obfirmato animo ac pertinaci clamavit super vocavit. Compellat autem viros qui super muro erant, iique Judaicè. Ut videas non esse rogandos hostes non nisi committendum ut quidquam nisi virile et forte perentiant in nostris. REGIS MAGNI, Emphasim habet he repetitum in Hebræo, *regis illius magni*.

VERS. 15. — NEQUE FIDUCIAM TRIBUTAT, *iabetach*, id est, *fidere faciat*. Sciebat enim populum non nisi persuasum à rege in Deum confidere, cujus pietas nota erat ipsis etiam hostibus. Cùm autem magna sit omnium regum inter suos auctoritas : quorum tamen nota est religio et fides ac vitæ totius sanctitas, facillè populum, etiam reclamantem, in officio continent, et perdurare in adversis faciunt. Quare, ut ego quidem sentio, si quisquam est qui boni communis amore tenetur, et regnum seu rempublicam benè administratam cupit videre, vitæ sanctitatis atque erga Deum pietatis opinionem principi, quod ejus fieri potest, conciliat. Si autem quaras à me quâ ratione hujusmodi opinionem populus de principe concipere possit, respondebo, ut est apud Xenophontem : *Talis sit* : neque enim aliud est ad eam consequendam efficacius ipsâ veritate, id est, ut reverâ talis sit.

VERS. 16. — FACITE MECUM BENEDICTIONEM. Hebraismus est : nomen enim *benedictionem* copiam et largitatem notat : q. d. : Ne sitis erga me parci, sed magnificè ac liberaliter mecum agite, nempe summâ fiduciâ, atque omnimodæ deposito, ad me egredimini, vestricum mihi meaque fidei credentes. Quod si præstiteritis, comedet quisque, eritis vestrarum rerum domini, meque pro hoste patrem habebitis, etc. Sed non potest latere hostilis animus : absurda enim plerumque petit. Si enim fides adhibenda est, cui potius adhibenda in iis quæ non videntur hostine, an optimo regi nostri generis, ejusdemque religionis amantissimo ? Fidem exigebat à primis parentibus hostis ille, mendacii omnis pater : et cùm nihil ostenderet ob quod sibi potius quàm Deo creatori fidem adhiberent, tamen obtinuit ut nulli minis quàm ei qui fidem jure optimo exigit, homo fidem adhibere videatur. Quam miserabilem conditionem nunquàm satis admirabor. ET COMEDET UNUSQUISQUE. Verba comedite et bibite possunt quoque in formâ præteriti legi : quod propter eam in futurum veritatem, et comedet, id est, comedere poterit. Vitem verò suam comedere, Hebraismus est, quo et nos utimur, id est, eâ frui et ex ejus fructibus comedere.

VERS. 17. — TOLLAM VOS, etc. Impotens animus occultare omnino consilium nequit, et cùm captivitatem meditaretur, aliis nominibus invidiam declinat. Sed interim animadvertit eum nihil in promptu promovere aut exhibere, sed omnia in futurum promittere. Quod misericordie Dei adversari omnino debet : nam si quis à veritate avertere alios nititur, mox que grata essent in manus traderet, vix quisquam esset à deceptione immunis. At cùm et Deus et hostis in futurum promittant, deliberandi ac decernendi locus datur, uter fide sit dignior. Præter hoc, quod si ad

presentia animam adiciamus statim quid respondere debeamus, ex ipsis hostis verbis habebimus : nonne sic respondere isti poterant ? *Aliam mihi terram huic similem commemoras : illam nos nequaquam videmus : hanc nos possidere sine, si nos diligis, quam tu illi alteri similem esse asseris*.

VERS. 18. — NEQUE CONTURBET. Non nisi in tertiâ legitur *hasith*, quod Vulgatus verbo *incitandi* reddere solet, Deut. 15, Jos. 15, 1 Sam. 26, etc., quod tamen Job 56, verbo *salvandi ac superandi* reddidit. Ego certè putarem esse idem verbum quod *suth*, id est, *posuit* : et in tertiâ esse idem quod *persuadere*, eadem phrasî quâ nos utimur Lusitani, *posuit me ut bellum gererem*, id est, mihi persuasit. Atque ita reddendus est locus Deut. 15 : *Si incitaverit te frater*, id est, si te in hoc constituerit, si tibi persuaserit, et Jos. 15 : *Persuasit ei ut peteret à patre agrum*, et ceteri loci. Locus ergo Job 56, in quo bis ponitur hoc verbum variè constructum, nescio quàm benè à plerisque redditur, quem ego sic redderem : *Insuper et deponet te de ore angustia latissima, quæ fundamentum sub se non habet* : et mox : *Ira quoque ne persuadeat tibi in sufficientiâ*, id est, ad excessum, et magna largitio non inclinet te : quem sensum doctè expressit Vulgatus. Hinc nomen descendit quod *pallium* seu *velum*, quod superponitur, notat. Hæc diffusius tractavi quod viderem etiam à viris doctis hujus verbi significationem et acceptionem, atque hanc, quam aperui, cognitionem, à plerisque ignorari, licet sensum Vulgatus semper sit assensum : ut nequeam satis mirari præcipientium eorum qui passim immerito Vulgatam editionem rejiciunt. Ergo hic verbo *persuadendi* seu *decipiendi* rectè veritas. NUNCQUE LIBERAVERUNT. Inscitiam suam proditi, qui quantum distaret Deus Judæo CAPUT XXXVII.

1. Et factum est, cùm audisset et rex Ezechias, seidit vestimenta sua, et obvolutus est sacco, et intravit in domum Domini.
2. Et misit Eliachim, qui erat super domum, et Sobnam scribam, et seniores de sacerdotibus, operatos sacris, ad Isaiam filium Amos prophetam.
3. Et dixerunt ad eum : Hæc dicit Ezechias : Dies tribulationis, et correptionis et blasphemie, dies hæc : quia venerunt filii usque ad partum, et virtus non est parienti.
4. Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum Deum viventem, et exprobandum sermonibus quo audivit Dominus Deus tuus : leva ergo orationem pro reliquis, quæ reperte sunt.
5. Et venerunt servi regis Ezechie ad Isaiam.
6. Et dixit ad eos Isaias : Hæc dicetis domino vestro : Hæc dicit Dominus : Ne timeas à facie verborum quæ audisti, quibus blasphemaverunt pueri regis Assyriorum me.
7. Ecce ego dabo ei spiritum, et audiet nuntium, et revertetur ad terram suam, et corrue eum faciem gladio in terrâ suâ.
8. Reversus est autem Rabsaces, et invenit regem

rum à diis gentium nesciebat. At non est Deus noster ut dei eorum ; nam illi sunt opera manuum hominum ; et in eis homines quæcumque volunt faciunt Deus autem noster in celo, omnia quæcumque voluit, fecit. Quæ profectò cogitatio nos ubique decet. Nam hostis noster, eò quod sciat quanta hinc nobis bona proveniant, in hoc totus est ut nobis persuadeat Deum nostrum ab aliis nihil differre.

VERS. 19. — NUMQUID, *veki*, et *quano liberaverunt*, etc., vel *etiamne*, nam ki interdum interrogat, ut supra 29 : *Num dicit factura*, etc., et Deut. 20. In lib. Regum adduntur duo alia nomina locorum ; sed hoc non urgebat ; nam erant dii alieni. Majorem vim certè habuisset si dixisset : *Num Jehova liberavit Israelitas de manu meâ* ? Sed neque hoc vim magnam habuisset nisi ostendisset Samaritanos in Jehovâ habuisse fiduciam.

VERS. 20. — UT ERUAT DOMINUS, etc., *ki* hic interrogat, ut superiori versu, *num igitur* ; q. d. : *Ego integras provincias ab aliis diis recepi ; nemquid ergo, vel quo pacto igitur, vel quid fiet ergo tu, Jehova uiam civitatem de manu meâ liberet* ? Imò quia illi non liberaverunt, Jehova hanc liberabit ; ut inimici ipsi sint iudices, et videant quid Jehova ipse ceteris diis præstet.

VERS. 21. — ET SILUERUNT. Verbum *carasch*, non *silere* sed *cessare* notat. Unde et pro *obscurare* capitur. Mich. 7 : *Et aures eorum cessabunt*, id est, obscuræ. Nos etiam Lusitani, causam pro effectu poscentes, *obscurare* non respondere dicimus, ac pro *tacere* usurpamus, et eum qui non respondet *an sit surdus* rogamus. Potest etiam reddi : *Et immoti remanserunt*, neque responderunt, etc. QUIA PRÆCEPERAT, etc. Ecce quantum obtinuerat regis pri auctoritas apud plebem.

CHAPITRE XXXVII.

4. Le roi Ezéchias, ayant entendu ces paroles, déchira ses vêtements ; il se couvrit d'un sac, et il entra dans la maison du Seigneur.
2. Puis il envoya Eliachim, grand-maitre de sa maison, et Sobna, docteur de la loi, et les plus anciens d'entre les prêtres, couverts de sacs, au prophète Isaïe, fils d'Amos.
3. Et ils vinrent lui dire : Voici ce qu'Ezéchias nous a commandé de vous dire : Ce jour est un jour d'affliction et de reproches, un jour de blasphèmes. Les enfants sont près de sortir du sein de la mère ; mais elle n'a point assez de force pour les mettre au monde.
4. Le Seigneur votre Dieu aura sans doute écouté ce qu'a dit Rabsacès, qui a été envoyé par le roi des Assyriens son maître, pour blasphémer le Dieu vivant, et pour lui insulter par des paroles que le Seigneur votre Dieu a entendues. Offrez donc à Dieu vos prières pour ce qui reste encore des siens.
5. Et les serviteurs du roi Ezéchias se rendirent auprès d'Isaïe.
6. Isaïe leur répondit : Vous direz ceci à votre maître : Voici ce que dit le Seigneur : Ne craignez point ces blasphèmes que vous avez entendus, dont les serviteurs du roi des Assyriens m'ont déshonoré.
7. Car je vais envoyer un souffle contre lui ; il n'aura pas plus tôt appris une nouvelle, qu'il retournera en son pays où je le ferai mourir d'une mort sanglante.
8. Rabsacès retourna, et trouva le roi d'Assyrie

Assyriorum præstantem adversus Lobnam. Audierat enim quia profectus esset de Lachis.

9. Et audivit de Tharaca rege Æthiopie, dicentes : Egressus est ut pugnet contra te. Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens :

10. Hæc dicitis Ezechia regi Judæ, loquentes : Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens : Non dabitur Jerusalem in manu regis Assyriorum.

11. Ecce tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorum omnibus terris, quas subverterunt : et tu poteris liberari !

12. Numquid eruerunt eos dii gentium, quos subverterunt patres mei, Gozam, et Reseph, et filios Eden, qui erant in Thalassar ?

13. Ubi est rex Emath, et rex Arphad, et rex urbis Sepharvaim, Ana, et Ava ?

14. Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, et legit eos ; et ascendit in domum Domini, et expendit eos Ezechia coram Domino.

15. Et oravit Ezechias ad Dominum dicens :

16. Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super cherubim : tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum et terram.

17. Inclina, Domine, aurem tuam, et audi : aperi, Domine, oculos tuos, et vide : et audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viventem.

18. Verè enim, Domine, desertas fecerunt reges Assyriorum terras, et regiones earum.

19. Et dederunt deos earum igni : non enim erant dii, sed opera manuum hominum, lignum et lapis : et consumuerunt eos.

20. Et nunc, Domine Deus noster, salva nos de manu ejus : et cognoscat omnia regna terræ, quia tu es Dominus solus.

21. Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum :

22. Hoc est verbum quod locutus est Dominus super eum : Despectus te, et subsannavit te virgo filia Sion : post te caput movit filia Jerusalem.

23. Cui exprobrasti, et quem blasphemasti, et super quem exaltasti vocem, et levasti altitudinem oculorum tuorum ? Ad Sanctum Israel.

24. In manu servorum tuorum exprobrasti Domino, et dixisti : In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, juga Libani ; et succidam cæcelsa cedrorum ejus, et electas abietes illius, et introibo altitudinem summitatis ejus, saltum Carmeli ejus.

25. Ego fodi et hibi aquam, et exsiccavi vestigio pedis mei omnes rivos aragrum.

26. Numquid non audisti quæ olim fecerim ei ? ex diebus antiquis ego plasmavi illum, et nunc adduxi : et factum est in eradicationem collium compugnantium, et civitatum munitarum.

27. Habitatores earum breviter manu contremuerunt, et confusi sunt : facti sunt sicut fenum agri, et

assiegeant Lobna ; ear ille avait appris que le roi s'était éloigné de Lachis.

9. En même temps, le roi des Assyriens reçut la nouvelle que Tharaca, roi d'Éthiopie, s'était mis en campagne pour venir le combattre ; ce qu'ayant appris, il envoya des ambassadeurs à Ezechias, disant :

10. Vous direz à Ezechias, roi de Juda : que votre Dieu, en qui vous avez mis votre confiance ne vous séduise point ; et ne dites point : Jérusalem ne sera point livrée entre les mains du roi des Assyriens.

11. Vous avez appris ce que les rois des Assyriens ont fait à tous les pays, comme ils les ont ruinés, et après cela vous espérez que vous pourrez vous en sauver !

12. Les dieux des nations ont-ils délivré les peuples que mes pères ont détruits, Gozam, Haram, Reseph, les enfants d'Eden, qui étaient à Thalassar ?

13. Où est le roi d'Emath, le roi d'Arphad, le roi de la ville de Sepharvaim, d'Ana et d'Ava ?

14. Ezechias ayant reçu la lettre du roi de la main de ses ambassadeurs, et l'ayant lue, monta à la maison du Seigneur, et la présenta ouverte devant le Seigneur ;

15. Et il fit cette prière au Seigneur, disant :

16. Seigneur des armées, Dieu d'Israël, vous qui êtes assis sur les chérubins, vous seul êtes le Dieu de tous les royaumes du monde ; c'est vous qui avez fait le ciel et la terre.

17. Prêtez l'oreille, Seigneur, et m'écoutez ; ouvrez les yeux, Seigneur, et voyez, et écoutez toutes les paroles que Sennacherib m'a envoyé dire pour blasphémer le Dieu vivant.

18. Il est vrai, Seigneur, que les rois des Assyriens ont dévasté les royaumes et leurs provinces.

19. Et qu'ils ont jeté leurs dieux dans le feu, parce que ce n'étaient pas des dieux, mais l'ouvrage de la main des hommes, du bois et de la pierre qu'ils ont mis en poudre.

20. Maintenant donc, Seigneur notre Dieu, délivrez-nous de sa main, afin que tous les royaumes de la terre sachent qu'il n'y a point d'autre Seigneur que vous.

21. Alors Isaié, fils d'Amos, envoya dire ceci à Ezechias : Voici ce que dit le Seigneur d'Israël : Pour ce que vous m'avez demandé touchant Sennacherib, roi d'Assyrie,

22. Voici ce que le Seigneur a dit de lui : La vierge fille de Sion vous a méprisé, et vous a insulté ; et la fille de Jérusalem a secoué la tête derrière vous.

23. Qui avez-vous attaqué par vos reproches ? Qui avez-vous déshonoré par vos blasphèmes ? Contre qui avez-vous haussé la voix, et élevé vos yeux insolents ? Contre le Saint d'Israël !

24. Vous avez outragé le Seigneur par vos serviteurs, et vous avez dit : Je suis monté avec la multitude de mes chariots, sur le haut des montagnes, sur le mont Liban ; j'ai coupé ses grands cèdres et ses beaux sapins ; je suis monté jusqu'à la pointe de son sommet ; je suis entré dans les bois de ses campagnes les plus fertiles ;

25. J'ai creusé, et j'ai épuisé les eaux ; j'ai séché, par la multitude de mes gens de pied, toutes les rivières qui étaient retenues par des chaussées.

26. Ne savez-vous pas que c'est moi qui ai disposé toutes ces choses dès l'éternité ? Il y a long-temps que je les ai ordonnées ; et c'est moi qui les fais présentement, et qui les exécute, en renversant les collines qui s'entrebattaient, et en détruisant les villes fortes.

27. La frayeur a saisi les habitants de ces villes, comme s'ils étaient sans cœur et sans mains ; ils sont couverts de confusion ; ils sont devenus semblables au foin qui se sèche dans les champs, aux herbages que les troupeaux paissent, et à cette herbe qui croît

gramen pascue, et herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret.

28. Habitationem tuam, et egressum tuum, et introitum tuum cognovi ; et insaniam tuam contra me.

29. Cum fureres adversum me, superbia tua ascendit in aures meas ; ponam ergo circulum in naribus tuis, et frenum in labiis tuis, et reducam te in viam per quam venisti.

30. Tibi autem hoc erit signum : Comede hoc anno quæ sponte nascentur, et in anno secundo pomis vescere : in anno autem tertio seminare, et metite : et plantate vineas, et comedite fructus earum.

31. Et mittet id quod salvatum fuerit de domo Judæ, et quod reliquum est, radicem deorsum, et faciet fructum sursum.

32. Quia de Jerusalem exibunt reliquæ, et salvatio de monte Sion : zelus Domini exercituum faciet istud.

33. Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum : Non intrabit civitatem hanc, et non jaciæ ibi sagittam, et non occupabit eam clypeus, et non mittet in circuitu ejus aggerem.

34. In viâ quæ venit, per eam revertetur, et civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus :

35. Et protegam civitatem istam, ut salvem eam propter me, et propter David servum meum.

36. Egressus est autem angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et surrexerunt mane, et ecce omnes, cadavera mortuorum.

37. Et egressus est, et abiit, et reversus est Sennacherib rex Assyriorum, et habitavit in Ninive.

38. Et factum est, cum ardoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech et Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio ; fugeruntque in terram Ararat, et regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — SCIDIT VESTIMENTA, etc. Disruptio vestimenti et saccus olim morosis symbolum erat et demissionis animi, quæ in Dei castigationibus nobis omnino necessaria est. Nam non dolere, non ad flagellamentum respicere, obdurati animi est, quem odit Dominus ; contritum autem et humilitatum adeo non despicit ut vel impio Achab saccus et humilitatio profuerint. INTRAVIT IN DOMUM DOMINI. Duo hæc semper pii homines conjunxerunt ; carnis videlicet afflictionem seu macerationem cum oratione : *Humiliabat David jejuniu animam suam, et oratio in sinu ipsius volebatur ut rota.* Neque enim decens est deprecantis habitus et auxilium implorantis erecta cervix et hilaris ridens facies ; compressa autem mens et in angustiam veluti redacta preces magnâ vi sursum emittit, juxta illud : *Oratio humiliantis se cælum penetrat.* His accedit quod nihil afflictum animum sic recreare soleat ut coram Deo seipsam effunderet, quem scit et ad misericordiam flecti solere, et posse eripere supplices. Neque præterea quod quamvis in domo suâ oratione exaudire posset Dominus, maluit tamen rex in templum Domini venire, quod Dominus

sur les toits, qui devient toute sèche avant qu'elle puisse porter son fruit.

28. J'ai su où vous étiez, d'où vous sortiez, et où vous êtes venu ; et cette fureur extravagante que vous avez conçue contre moi.

29. Lorsque votre rage s'est déclarée contre moi, votre orgueil est monté jusqu'à mon trône, c'est pourquoi je vous mettrai un cercle aux narines, et un mors à la bouche, et je vous ramènerai par le même chemin par lequel vous êtes venu.

30. Mais pour vous, ô Ezechias, voici le signe que je vous donne : Mangez cette année de ce qui naîtra de soi-même ; et l'année d'après, vivez encore des fruits qui viendront d'eux-mêmes ; mais la troisième année, semez et moissonnez ; plantez des vignes, et recueillir-en les fruits.

31. Et alors ce qui sera échappé et demeuré dans la maison de Juda, poussera en bas sa racine, et produira son fruit en haut ;

32. Car il y en aura dans Jérusalem qui échapperont de sa ruine ; il y en aura du mont de Sion qui seront sauvés ; c'est ce que fera le zèle du Dieu des armées.

33. Voici donc ce que le Seigneur dit touchant le roi des Assyriens : Il n'entrera point dans cette ville, et il n'y jettera point de flèches ; il ne l'attaquera point avec le bouclier, et il n'élèvera point de terrasses autour de ses murailles ;

34. Il retournera par le même chemin qu'il est venu, et il n'entrera point dans cette ville, dit le Seigneur ;

35. Et je protégerai cette ville, et je la sauverai pour ma propre gloire, et en faveur de David, mon serviteur.

36. Or, l'ange du Seigneur sortit et frappa cent quatre-vingt-cinq mille hommes dans le camp des Assyriens ; et de grand matin, quand on fut levé, on trouva le camp plein de ces corps morts.

37. Sennacherib, roi des Assyriens, partit de là, et s'en alla ; il retourna en son royaume, et il habita dans Ninive.

38. Et un jour où il était au temple de Nesroch, son dieu, et où il l'adorait, Adramelech et Sarasar, ses enfants, le percèrent de leurs épées, et s'enfuirent dans la terre d'Ararat, et Asarhaddon son fils régna en sa place.

COMMENTARIUM.

Dei ideo dicitur quia ibi habitet et frequentius adsit orantibus, juxta verba illa Salomonis quando primam orationem in eâ domo ad Deum oravit.

VERS. 2. — ET MISIT ELIAHUM, ET SORNAM, illum quidem domus regie præpositum, hunc autem scribam, cum senioribus sacerdotibus, ad Isaiam. Hic vides primo post Deum loco habitum prophetam Domini ; rex quidem in domum Domini properat ; præcipes autem, et quorum erat in civitate non parva dignitas, ad prophetam ire jubet. Et rex ipse apparet coram Deo sacco obvolutus ; illos verò etiam sacco operios ad Isaiam mittit. Deum propitium optabat ; sed et eum quem mediatorum atque intercessorem inter Deum et populum noverat, ad misericordiam quoque movere volebat. Nonne sufficiebat Deus ? quorsum ad hominem mitti ? Nihil nobis cum hæreticis commune est. Sanctos viros tam viventes quam defunctos interpellabimus, et veluti mediatores, ut rem nostram apud Deum agant, deprecabimur. Interim mecum considera quanta sit viri sancti dignitas etiam in hac vitâ, quem rex tanti facit.

VERS. 3. — DIES BLASPHEMIE, seu execrationis. Vi-

deturque referendum vel ad verba Ducis Assyrii; vel dies hic ejusmodi est quem meritis quispian maledictis Insecetur atque exerceat, quod sit tribulatione et castigatione plenus. VENERUNT FILII, etc. Periphrasis est Hebraeis forma proverbialis, quā et summus doloris et ingentia pericula resque ferē desperatas significant. Accedente enim ad exitum fetu et ad arctiorem locum perveniente, officium videlicet matricis, quod cedit vi ac planē disrumpitur (unde et *fracturae* nomine Hebraeis significatur) maxime tunc necessarii sunt nixus ac vires parturienti; quibus deficientibus, jam jam mors expectanda est.

VERS. 4. — SI QUO MODO AUDIAT: *uac, fortē, fortassis*. Neque tam est Hebraeis dubitantis quā bene ominantis, et sperantis, et committentis aliquid meliori eventui. Lucas, Act. 8, videtur reddidisse ei *ἀγα*: *Poenitentiam age ab istā malitiā tuā, et roga Deum, si fortē remittatur tibi cogitatio cordis tui*. Ego igitur sic reddidi; si fortē audiat. Et videtur connectendum cum posterioribus verbis versōs, et *levabis orationem*, ut sit Hysteron proteron, ut quod prius dicendum erat posterius dicatur, in hunc modum: *Vires non sunt ad pariendum; levabis ergo orationem, si fortē audiat Jehovah, etc. AUDIAT*. In hoc versu priori loco *audire* pro *attendere* capitur, posteriori pro simplici *auditione*. LEVARE ORATIONEM. Dicunt Hebraei eādem phrasī quā *levare parabolam*, Num. 23; *levare rumorem*, Exod. 25; *levare convitium*, psal. 15; *levare prophetiam*, 2 Reg. 9: id est, auctorem esse seu incipere. QUE REPERTAE SUNT, id est, quae remanserunt. Eādem nos phrasī utimur *inveniri* pro *remanere*. Movere autem ad commiserationem volebat. Indignum quippe videbatur, populum quem Deus *super arenam maris multiplicandum fore* promiserat, adeo in parvum numerum reductum fuisse ut essent veluti reliquiae hinc atque illinc conquistae, etc. Ubi certē vides in maximis periculis singulare refugium esse orationem.

VERS. 5. — ET VENERANT SERVI REGIS. Inversus est ordo, quod familiare est Hebraeis scriptoribus.

VERS. 6. — QUIBUS BLASPHEMAVERUNT ME. Seu *probris affecerunt*. Hoc potissimum angebat pium regem, quod verbis suis Assyrii, veluti convitiis, Deum insectarentur et *probris afficerent*; ut qui intelligeret, ob scelera id interdum Deum permittere. Sicut cum Turcae Christum Dominum insectabantur, et nomen ejus sanctissimum probris proscindebant, Constantinopolim captam primō ingressi. Quod cum impunitum manet, evidens esse ira divina: indicium in populum suum nequaquam dubitamus; qui si piē viveret et Deum piē coleret, neutiquam a Deo ita relinqueretur in praedam bestiarum. Cum igitur hostes fidei impune Deum convitiis laessunt, intelligere oportet nos esse qui nomen Dei contaminamus et probris afficimus, quemadmodum pius hic rex a verbis blasphemis timebat, etc.

VERS. 7. — DADO EI. Hebr., *pono in eum*, vel in eo spiritum; id est, immittam ventum. Est phrasī quā nos utimur. *Veniet per aera nuntius*, vel *rumor*,

id est, citissime et non expectatus, et quasi incerto auctore, veluti si vento adveheretur. Quid si Spiritus quispiam ex angelicis missus in hoc sit ut talem nuntium deferret? Sed prior sensus planus est.

VERS. 8. — AUDIERAT ENIM, etc. Antē quā ab Jerusalem abiret, audierat dominum suum, omīssā oppugnatione Lachis, exercitum in Lobnam transiisse, idcirco non Lachis rediit, sed rectē Lobnam abiit.

VERS. 9. — REGE ÆTHIOPIÆ (1). Credo de Æthiopiā quae cum Ægypto continens esse sermonem, de quā supra dictum est cap. 18.

VERS. 10. — DECIPIAT DEUS TUUS. Nesciunt impij quō differat Deus verus a fictitiis diis; et quia imbelles ceteros deos expertus fuerat, talem quoque Deum Israelis existimabat; neque a Deo alienum esse mendacium credebant.

VERS. 11. — QUAS SUBVERTERUNT. Ad verb., *ad anathematizandas eas*, id est, quousque eas penitus delerent, sicut quae tanquā anathemata et devota funditis evertuntur. Et hanc esse vim litterae *lamed* existimo addite in infinitivo in hāc formā orationis.

VERS. 12. — FILIOS EDEN, *eden*, nomen proprium est loci, ut hic et Ezech. 27, apparet, *Harar*, et *Chenne*, et *Eden*, cum quinque punctis. Vide infrā 34: *Ponet desertum quasi Eden, pro loco voluptuario*, etc.

VERS. 13. — UBI EST REX, etc. Insolentem res prospere gestae reddiderant.

VERS. 14. — LIBROS. Nominē autem *libri* vocant libellos litteras et omnem scripturam, etc. EXPANDIT. Solent pii homines coram Deo suo res suas explicare, et totum cor ac spiritum effundere, interdum mente tantum, interdum etiam et ore, sicut mendici plagas et vulnera praeteritis ostendunt ut ad misericordiam provocent; non quod sua Deum latere existimant, sed ut animo suo sibi ipsi satisfaciāt. Hinc ista expansio litterarum regis Assyrii. Adde quod quae litteris continebantur ad Deum pertinere putabat; quare, quasi eum vellet litterarum participem facere, litteras expandit.

VERS. 15. — ET ORAVIT: *phatal* in secundā est *ex circumstantiis rem seu causam cognoscere, seu judicare*: at in quartā est *causam seu negotium suum ad Deum deferre*. Licet vertere verbo *precandi*, *deprecandi*, *orandi* vel *interpellandi*.

VERS. 16. — QUI SEDES SUPER CHERUBIN. Quid propriē sit *kerub*, et quā sit nominis ratio, ignoratur planē. Hoc tantum habemus, tribus spiritibus angelicis, qui figurā humanā et alati apparebant, Gen. 3.

(1) Id est, qui dicerent, dicendo, id est, audivit nuntium, quod cum audisset, misit nuntios. Non videtur accommodata causa reddi: non enim propter ea nuntii ad Ezechiam mittendi erant, quod audisset regem Æthiopiae contra se venire. Sed significat propterea tunc Sennacherib contra Hierosolimam non ivisse, sed tantum per nuntios Ezechiae comminatum esse, quia audivit regem Æthiopiae venire. (Maldonatus.)

Ezechiel autem cap. 28, Tyrum *Cherub* vocat, quasi in summum dignitatis fastigium erectam, quae ut Cherub alas suas latē extendens, protegebat populos multos, Ezech. 4: *Dux facies tui Cherub*, ubi sanē pro imagine usurpatur habente duas facies, alteram hominis, alteram leonis. Et Ezech. 10, quae cap. 1, *caioth animalia* dixerat, vocat *Cherubim*; et quod cap. 1, *faciem bovis* dixerat, cap. 10, *faciem Cherub* appellat. Atque inde clarum est quod figura seu similitudo quatuor animalium, quia illa alata vehi et volare apparebant, *Cherubim* dicebantur. Non semel autem in Scripturis sector *Cherubim* appellatur Deus, vel quod subiaceant illi spiritus omnes angelici, vel propter propitiatorium, ubi erant Cherubim fabrefacti, unde Deus responsa dabat. Hic autem vertere etiam poteris, qui *inhabitas Cherubim*, vel *Cherubim inhabitator*; quasi sedes beatas intelligens, ubi angelicorum spirituum est frequentia. Fortē a cognato verbo *karab*, id est, *appropinquari*, dicti sunt, vel quod subito adveniebant, vel quod Deo, tanquā ministri, familiares sint. Nam qui Deo in divinis serviunt, *appropinquantes Deo* dicuntur. TU ES REX SOLES OMNIUM REGNORUM. Hebr. *omnibus regibus*; vertere posses eodem sensu: *Te solam universa regna regem habent*.

VERS. 17. — APERI OCULOS TUOS. In Hebraeo est in singulari, *oculum tuum*. Et fortē est phrasī quā nos utimur: *Aperi oculum*, id est, diligenter attende, et praecave tibi. DEUM VIVENTEM, seu *vivum*. Ad differentiationem deorum qui oculos habebant, et non videbant, *cures*, et non *audiebant*, etc. vocabant Judaei Deum verum *Deum vivum*. Et sic quodam loco vocat Apostolus Deum *vivum et verum*.

VERS. 18. — TERRAS ET REGIONES EARUM. Ad verb., *terras, et terram eorum*. Et puto relativum positum esse pro antecedente, nempe *diis*; de quibus sequenti versiculo dicitur. Possamus quoque sic vertere: *Verē desertas fecerunt (vel anathematizaverunt) reges Assyrii universas terras, et terram suam*; id est, provincias illas, quas nunc tanquā proprias sedes obtinent, prius devastarunt, cum eas de potestate incolentium eriperent.

VERS. 19, 20. — NON ENIM ERANT DII. Sic enervat objectionem Assyrii, qui verum Deum fictitiis similem reputans ex vastatione aliarum regionum, ubi colebantur fictitii dii, directionem Hierosolymorum sibi audebat promittere. Ezechias autem, quod fidem haberet, hinc fiduciam liberationis concepit, quod tantum *Deus Israel, Deus esset*; nihil mirum verō quod reges Assyrii terras quibus praerant falsi dii devastassent.

VERS. 21. — MISIT ISAIAH. Ezechias in templo orabat, et Isaia in domo suā responsa dabat, ut quantum deferendum esset suo propheta: ostenderet Deus, ut quā rectē fecisse regem quando ad eum magnates illos misit comprobaret. Ubi enim fuerit vir Dei, Deo assistit, atque inde regibus quid facto opus sit significare potest, maxime orantibus et ad Dei auxilium implorandum accurantibus. Unde intelligere pos-

sumus quantō major sit propheta: quā regis dignitas.

VERS. 22. — POST TE CAPUT MOVIT. Gestus est subannuntium et illudentium, ut Psal. 22, quod adimpletum in Christo in cruce pendente ostendit Matthaeus, 27.

VERS. 23. — CUI EXPROBRASTI. Vm habet hāc interrogatio. Nescis, o miser, contra quem convitiatus sis? ignoras quantum scelus commisisset? id te miserum, etc. SUPER QUEM, vel *contra*. Extollere verō vocem atque oculos, superbiorum et insolentium est. Ubi graviora dixit, videlicet *convitari et probris afficere, elationem oculorum* reprehendit, quod perinde est ac si diceret: Ignoras, miser, Deum esse talem contra quem vel vocem extollere vel oculos in sublime elevare indignum sit, et insignis impietatis ac temeritatis poenis obnoxium seculis.

VERS. 24. — IN MAXI SERVOREM. Verbum verbo reddidit Vulgatus; ego sensum expressi, et hebraismum vitavi. ISTUDIO ALTITUDINEM SUMMITATIS EUS; vel *celstutinem seu suam. Celstutinem ergo extrematatis* vocat hebraismus extremam celstutinem; quo significat nihil arduum, nihil difficile peripisse in Judaea cujus difficultatem non pervicerit. SALUTEM CARMELI. Ille de monte Carmelo sermo est, non de fertili illā regione. Libanus autem et Carmelus insignes montes erant et penetratū difficiles in Israele: at Assyrius curribus suis illos penetrasset et pervios fecisse gloriatur. Quid si *syleam Carmeli Libani* vocat ipsam cedrorum et fraxinorum spissitudinem seu constipationem, quae erat in Libano sicut segetes in Carmelo? quasi Libanus Carmelum haberet, et cedris, ut Carmel segetibus, abundaret?

VERS. 25. — FODI, ET BIBI. Ingentem militum multitudinem aliorumque qui ipsum sequebantur notat, quibus et *rios Ægypti exsiccarit*, et ubi aquae desissent puteos *effoderit* ex quibus tanta multitudini aquas haurirent. Quod autem *maior*, hic *Ægyptum* verterem, non *aggeres*, licet de aggeribus Ægypti intelligendus sit Vulgatus, nihil tamen mirum; nam per paronomasiam *maior* pro *metioris* videtur poni, ut supra 19: *Exaruerunt rivi Ægypti*, etc.

VERS. 26. — AN NON AUDISTI. Ad Senherib dirigitor sermo; sed incertum est de quo intelligenda sint verba et relativa. Ego, cum videam esse femininū, quibus pro neutris utuntur Hebraei, puto hunc subesse sensum: *Numquid non audisti, o Senherib, hoc ipsum quod tu te fecisse modo gloriaris, me ab antiquo usque fecisse, et a diebus prioribus me id percogitasse, et nunc adduxisse atque opere complevisse; ut scilicet fierent et redigerentur civitates munitae in ruinas acervorum obrutorum? QUE OLIM FECERIM*. Hebr., *a longinquo feci ipsam*, vel *ipsum*; id est, quid olim fecerim, id est, paraverim, decreverim. EGO PLASMAM ILLED. Optimē Vulgatus relativum fecit neutrum, et de cogitatione et formatione quae in animo fit sermo. ET NUNC ADUXI. Vulgatus, *supplevit conjunctionem*, quae certē in Hebraeo solet desse. ERADICATIONEM. In Hebraeo est infinitivus irregularis. Non male autem pro nomine accepit Vulgatus, pro *eradi-*

catione, licet pro ruinis accipi possit. Ego planum sensum, vitato hebraismo, expressi, ut corrumpant in aceros obrutos, id est, ex ruinis subito congestos, civitates munit. Vulgatus hæc distinxit, addit conjunctionem, in eradicationem collum compugnantium, et civitatum munitarum; sensus autem fere idem est; gal vero tanores seu relationes notat Hebraei, unde de fluctibus sæpe dicitur. Quare ad hunc quoque modum sic posses reddere: *Et erit ut rueret faciat (vel illudat) fluctus compugnantes in civitates munitas.* Nam participium *nisiim*, rixantes seu concertantes verti potest; ut Exod. 2: *Ecce duo viri rixantes*, etc. Et hic sensus haud est contemnendus.

VERS. 27. — *BREVIATA MANU*, vel *breviata manu*, vel *breves manu*, id est, imbelles veluti manci. *CONTEMNERENT*. In præterito sunt hæc verba, sed ut quæ præcesserunt superiori versu accipiendi. Nominum autem quæ sequuntur proprias significationes expressi. *QUE EXHAUIT ANTE QUAM MATURERET*. Sensus optimè reddidit; ego verba verbis, *ariditas ante cultum*. Quæ omnia significant quam facile deviciat sint gentes per reges Assyriorum, ita disponente Deo. At *securis gloriabatur contra secantem eam*, etc., ut supra Dominus ipsi obijcit; et hæc verba illuc tendunt, quare mox in eum inveliunt, et ejus superbiam traducit.

VERS. 28. — *HABITATIONEM TUAM*. Proverbiali formâ, *sessione et resurrectione, ingressu et exitu* solent Hebraei universas hominis actiones, mores et vitam circumscribere; hic *sessionem, exitum et introitum* tantum ponit. *INSANIAM TUAM*. Verbum *roger commotionem* vel de loco, vel metu, vel irâ notat. Sunt autem infinitivi pro nominibus. Pro *commotione* autem *irâ* non male Vulgatus *insaniam* vertit; est enim verbum in quartâ, et *seipsam commovere* significat, id est, nulla causâ irâ exardescere et concitare semetipsam, quæ non levis est insania; quod sequenti versu *furere* dixit Vulgatus.

VERS. 29. — *SUPERBIA TUA; schaanan, tumultus seu strepitus*. Est autem sermo de tumultuatione seu strepitu armorum, quo Senherib superbiebat. Hinc pro *superbiâ* accepit Vulgatus. Verum cum ab hoc ipso nomine fiat verbum earundem litterarum, quod contrariâ significatione notat *quietum seu tranquillum*. deinde et insolentem esse, de quo supra 32, quia otium et quies insolentiam parit, hoc loco fortè non male quis insolentiam verteret. *CIRCULUM IN NARIBUS*. Quia furere non hominum est, præsertim contra Deum, cum jam brutis confert. Bubalis enim et aliis nonnullis animalibus annulus seu hamus in nasum injicitur, ut hoc pacto frenata circumducantur, et pareant; asinis autem et mulis camus seu habena, quæ constringuntur maxillæ.

VERS. 30. — *POMIS; schakis*, pro quo in lib. R. CAPUT XXXVIII.

1. In diebus illis egrotavit Ezechias usque ad mortem, et introivit ad eum Isaias filius Amos propheta, et dixit ei: Hæc dicit Dominus: Dispone domui tue, quia morieris tu, et non vives.

gum per Metathesim litterarum ponitur *sakis*, et est quod sponte sua, non satum, nascitur; præterierat quippe jam tempus serendi. Quare suadet ut in fine illius anni et toto sequenti contenti essent iis quæ ex arboribus vel ex terrâ sua sponte germinante habere possent; fore autem ut deinceps omni metu deposita terræ proventus fruerentur.

VERS. 31, 32. — *Id quod SALVATUM FUERIT*. Ad verb., *evasio*, id est, qui evaserint. *MITTENT RADICEM*. Sensus reddidit hebraismi, *addet radicem deorsum*, id est, magnâ vi radices agat, vel iterum radices agat. Quæ autem fructus uberrimos afferre debent, linas radices agant oportet. Figurât autem per *deorsum radicari et sursum germinare* multiplicationem ex illis reliquiis designat. Quod tu de multiplicatione verorum Israelitarum per Evangelium intellige, ut mox propheta aperit. Nam, ut sæpe dixit, liberatio illa Jerosolymitanorum civium typus fuit salvationis paucorum fidelium ab illâ ingenti devastatione quæ per peccatum in Israele facta est; illi autem semen fuerunt in toto orbe, et gentes participes fecerunt salutis, et veros filios Abrahæ. Quod certè nihil nisi amor Domini effecisset, quo patres illos et genus humanum prosequitur. Vocatur autem interdum amor in Scripturis *zelus*; ut supra de Incarnationis mysterio: *Zelus Domini exercituum faciet hoc*.

VERS. 33. — *NON OCCUPABIT EAM CLYPEUS*. Sic legendum est et vertendum. Nam *clipeum* seu *scutum* interdum Hebraei figuratè vocant scutos milites, qui primi solent murum condescendere clypeis tecti. Sagittariorum autem munus est ut aliquantulum à muro separati non sinant obsessos in muro securos agere et ascensum prohibere.

VERS. 34. — *PROPTER ME, ET PROPTER DAVID, etc.* Quando Dominus aut semetipsum tantum intuetur, aut servos suos, quibus nihil antiquius fuit ipsius Dei gloriâ, vix potest se continere quin liberet ac beneficiat. Unde illas petitiones: *Fac propter temetipsum, Deus, avertere faciem tuam à peccatis meis, respice in faciem Christi tui, etc.* Naturâ enim ad benefaciendum propensus est, et servi ejus in votis semper beneficentiam habent; quâ nihil divinius ut *quâ similes Deo sumus*, ut dicebat Gregorius ille theologus. Ubi quoque videmus Deum et promissiones suas et sanctorum merita respicere, ut posteris eorum, seu etiam regionibus et popularibus eorum, beneficiat. Quare pium est ut ad sanctos ejusque regni, velut gentes ad suos tutelares Deos, in calamitatibus confugiamus, et propter eos nobis remissionem à Deo flagitemus.

VERS. 36. — *EGRESSUS*. Cum Deus vel invisibilis creatura aliquid quod sensu percipitur operatur, egredi dicitur in S. litteris. Unde et in evangelio *extiit* Filius Dei dicitur quando carnem assumpsit. CAPUT XXXVIII.

1. En ce temps-là, Ezéchias fut malade jusqu'à la mort; et le prophète Isaïe, fils d'Amos, vint le trouver, et lui dit: Voici ce que dit le Seigneur: Mettez ordre aux affaires de votre maison, car vous mourrez, et vous ne vivrez point.

3. Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem, et oravit ad Dominum,

5. Et dixit: Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, et in corde perfecto, et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et flevit Ezechias fletu magno.

4. Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens: 5. Vade, et dic Ezechia: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audiivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas: ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos.

6. Et de manu regis Assyriorum eruiam te, et civitatem istam, et protegam eam.

7. Hoc autem tibi erit signum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus est:

8. Ecce ego reverti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologium Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reversus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.

9. Scriptura Ezechia regis Juda, cum ægrotasset, et convalescit de infirmitate sua.

10. Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi; quæsi residuum annorum meorum.

11. Dixi: Non video Dominum Deum in terrâ viventium; non aspiciam hominem ultra, et habitarem quietis.

12. Generatio mea ablata est, et convoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum; præcisâ est, velut à texente, vita mea: dum adhuc ordire, succidi me; de mane usque ad vespem finies me.

13. Sperabam usque ad mane, quasi leo sic contrivit omnia ossa mea: de mane usque ad vespem finies me.

14. Sicut pullus hirundinis clamabo, sic meditabor ut columba: attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum; Domine, vim patior, responde pro me.

15. Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

16. Domine, si sic vivitur, et in talibus vita spiritûs mei, corripies me, et vivificabis me.

17. Ecce in pace amaritudo mea amarissima: tu autem eruiisti animam meam ut non periret: projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

18. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te; non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

19. Vivens, vivens, ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie; pater filius notam faciet veritatem tuam.

20. Domine, salvum me fac, et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

21. Et jussit Isaias ut tollerent massam de ficis, et cataplasmaerent super vulnus, et sanaretur.

22. Et dixit Ezechias: Quod erit signum, quia ascendam in domum Domini?

2. Alors Ezéchias tourna le visage du côté de la muraille, et pria le Seigneur, en lui disant:

5. Souvenez-vous, je vous prie, Seigneur, que j'ai marché devant vous dans la vérité, et avec un cœur pur, que j'ai toujours fait ce qui était agréable à vos yeux. Et Ezéchias répandit beaucoup de larmes.

4. Alors le Seigneur parla à Isaïe, et lui dit:

5. Allez, dites à Ezéchias: Voici ce que dit le Seigneur Dieu de David votre père: J'ai entendu vos prières, et j'ai vu vos larmes, et j'ajouterai encore quinze années à votre vie;

6. Et je vous délivrerai de la puissance du roi des Assyriens; j'en délivrerai aussi cette ville, et je la protégerai.

7. Or, voici le signe que le Seigneur vous donnera, pour vous assurer qu'il accomplira ce qu'il a dit:

8. Je ferai que l'ombre du soleil, qui est descendue de six degrés sur le cadran d'Achaz, retournera de dix degrés en arrière. Et le soleil remonta des dix degrés par lesquels il était déjà descendu.

9. Cantique d'Ezéchias, roi de Juda, lorsqu'après avoir été malade, il fut guéri de sa maladie.

10. J'ai dit: A la moitié de mes jours, je m'en vais aux portes du tombeau: j'ai cherché le reste de mes années.

11. J'ai dit: Je ne verrai plus le Seigneur Dieu dans la terre des vivants; je ne verrai plus aucun homme, aucun de ceux qui habitent dans le repos.

12. Mes années me sont ennemies; elles se sont repliées comme la tente d'un berger. Le fil de ma vie a été coupé, comme le tisserand coupe sa trame; Dieu a coupé ma toile lorsqu'elle ne faisait que de commencer; du matin au soir, vous terminerez mes jours.

13. J'espérais jusqu'au matin; mais comme un lion, il a brisé tous mes os; du matin au soir, vous terminerez mes jours.

14. Je criais comme le petit de l'hirondelle; je gémissais comme la colombe; mes yeux se sont lassés à force de regarder en haut. Seigneur, je souffre: répondez pour moi.

15. Mais que dirai-je, et que me répondra-t-il, puisque c'est lui-même qui fait ces choses? Je repasserais devant vous, ô mon Dieu, toutes les années de ma vie dans l'amertume de mon âme.

16. Seigneur, si c'est ainsi que l'on vit, et si la vie de mon esprit se passe de cette sorte, vous me châtiez et vous me rendrez la vie.

17. J'ai éprouvé dans la paix cette amertume la plus amère de toutes; mais vous, Seigneur, vous avez délivré mon âme; vous l'avez empêchée de périr; vous avez jeté derrière vous tous mes péchés.

18. Car ceux qui sont dans le tombeau ne vous béniront point; les morts ne vous loueront point; et ceux qui descendent dans la fosse, n'attendront point l'accomplissement de votre vérité.

19. Ce sont les vivants, ce sont les vivants qui vous loueront, comme je fais aujourd'hui; le père annoncera votre vérité à ses enfants.

20. Sauvez-moi, Seigneur, et nous chanterons tous les jours de notre vie nos cantiques dans la maison du Seigneur.

21. Or Isaïe avait commandé qu'on prit une masse de figues, et qu'on en fit un cataplasme sur la plaie, afin qu'il recouvrât la santé.

22. Et Ezéchias avait dit: Quel signe me donnerez-vous pour me convaincre que j'irai encore à la maison du Seigneur?

VERS. 1. — IN DIEBUS ILLIS. Videntur hæc accidisse cum adhuc Assyrius in Judæa ageret, vel certè cum nondum omnino à metu Assyriorum essent liberati, ut apparet ex v. 9. Vide infra annotationem, v. 9. Versimile autem est quod ex merore et animi angustia quæ per totum illud tempus laboravit, et ex metu quem tam potens hostis incutebat, quemque scelera populi, ob quæ tradebatur Judæa in potestatem gentium, confirmabant, ægritudinem contraxerit pius rex, quæ phrasi Hebræa ad mortem dicebatur, quod lethalis esset. DISPONE. *Tsavah* aliquando Hebræis idem valet quod latinis commendare, ordinare, decernere; ut 2 Sam. 17: *Jehova ordinavit ut labefacteretur consilium Achitophel*, etc. Hic construitur cum *lamed*, quod interdum valet de; ut dicere possis: *Dispone de domo tuâ, de rebus tuis, et de tuâ familiâ*, etc., idem quod nobis testamentum condere. Et non vives. Si morbum species, lethalis erat.

VERS. 2. — CONVERTIT FACIEM SUAM AD PARIETEM. Nolant pii homines testes habere suarum lacrymarum, ut eas liberius fundant; neque sensu distrahi cum orare Deum ex animo volunt. Hic notandum est quàm assuetus fuerit hic pius rex precationibus; quem adhuc in omni angustia ad eas confugere.

VERS. 5. — OMBRO, QUERO. Hebræis sunt interjectiones, quibus desiderium cordis nostri indicamus erga superiorem, cum ut flectamus; suntque obsecrantis. Hoc comprobatur ex Ps. 118, licet interdum sit adhortans, quando non ad superiorem dirigitur sermo, etc. AMBULARE. Dialecto Hebræa *ambulare coram quopiam* est inservire ei. Exempla passim obvia. IN VERITATE. Hoc verè dicere paucorum est. Plurimi enim, quem ore confitentur, factis negant. Neque alii sunt qui hypocritæ magis censendi sint quàm qui olim se filios Abrahæ gloriabantur, et opera diaboli patrabant; et nunc qui pro Christianis haberi volunt, et à sceleribus gentium et infidelium non discedunt. CORDE PERFECTO, vel integro. Propria enim acceptio verbi *schalem* est integrum, absolutum esse; per metalepsin autem habere pacem, quam Hebræus sermo consensus, concordiam seu integritatem vocat. Hic de integritate animi videtur esse sermo, quæ omne scelus excludit; quem Latini integritatem vitæ scelerisque purum dicunt. Cui si addas quod sequitur, bonum facere, etc., justum ex omni parte habebis. Quid optabilius hæc conscientia in homine jamjam morituro? Quod ex magis mirandum est quod rex erat. O felicem virum, quem tunc nulla perpetratorum scelerum memoria divexabat! sed mori nolebat, fortè quod nondum haberet prolem ex qua oriretur Messias; nam cum Ezechias 15 annos post hunc morbum vixerit, et Manasses 12 tantum esset annorum cum regnare cepisset mortuo patre, ut ex libro regum apparet, tertium post annum cum genuisse videtur. Ex quâ etiam supputatione apparet ægritudinem hanc eodem anno quæ Assyrius Judæam venit, ei accidisse. Nam regnavit Ezechias 29 annos, 15 quidem post hunc morbum; ergo quarto decimo ægro-

tavit, quo et Assyrius venit, ut habes supra, cap. 36. Est et alia ratio desiderii vitæ longioris in sanctis veteris Testamenti; quia enim nondum patebat aditus in cælum, sancti illius seculi vitam desiderabant proximiorum, quod Deum possent celebrare, ut ex sequentiis apparebit. Quare et ingentem imbrem lacrymarum, acceptissimum Deo sacrificium, cum precibus effudit.

VERS. 4. — ET FACTUM, etc. Brevis fuit oratio Ezechiae. Neque quidquam à Deo legitur petiisse. Sed desiderium cordis ejus præstitit ei Dominus; et statim qui nuntius mortis fuerat, letum nuntium afferre jubetur.

VERS. 8. — LINEARUM. In Hebræo eadem est vox ubi *Vulgatus lineas, horologium et gradus* verit; et est à verbo *alah, ascendit*; significatque ascensum et gradum, ac metaphoricè dignitatem. Non tamen dubito quin de gradibus in horologio et solatio, in quo lineis horæ distinguuntur, sit sermo; at *Vulgatus* sensum suo more doctè reddidit.

VERS. 9. — ET CONVULSUSSET. Hebr., et vixit; sed *Vulgatus* eruditè hebraismum vitavit.

VERS. 10. — EGO DIXI. Hoc cantico exponit Ezechias rex quàm gravi morbo laboraverit, qualemque se in eo gesserit, quid cogitavit, quid Deo dixerit; tandemque quò modo à Deo fuerit sanitas restitutus. Ob quod beneficium, quoad vixerit, laudes Deo pollicetur. Primò ergo quid morbo oppressus mente volverit narrat. *Dixi*, inquit, apud me, talia mecum volebam. IN DIMIDIO DIERUM. A verbo *heme*, id est, *sihi*, ac deinde *quævit*, est nomen damum silentium vel quies. Et quemadmodum ipsum morbum (quia quæ pereunt, in silentio sunt) pro cessatione interdum accipitur, præsertim in voce passivâ, de quo jam supra 15, dixi, ita hoc loco pro cessatione accipiunt plurimi ex Hebræis, idèque et *Vulgatus* pro *successione*, decurtatione seu dimidiatione accepit. Ego propriam significationem retinui, quod alius subesse sensus posset, nempe ut sine prole se mori doleret. Cum silentio, inquit, dierum meorum morior; id est, non relicta prole teste vitæ meæ, absque filio, qui me vixisse testetur. QUÆSIVI. Juxta puncta quæ nunc verbo *phacadeithi* adhibita visuntur, est vocis passivæ, secundæ conjug. atque hunc habere sensum potest: *Deesse mihi sensi residuum annorum meorum; privatus sum, seu subtractum est mihi residuum annorum.* Talem constructionem non memini me legisse, quare cum *Vulgatus* cum punctis primæ conjug. legendum putavi, eodem, tamen sensu, id est, *requisivi*. Sic enim Latini verbo *desiderandi* abutuntur pro *desse*. *Desiderati sunt decem viri*, id est, non sunt inventi. Et desiderare in viro modestiam est non invenire in eo modestiam. Ità planè Hebræi verbo *phacadeithi* utuntur. *requisivi*, tam in activâ voce quàm passivâ, 1 Reg. 20: *Si requirendo requisitus fuerit*, id est, desideratus. Sit Num. 31, et 1 Sam. 25, etc. Ergo, inquit Ezechias, reperi deesse mihi, et subtractos esse mihi aliquot annos, cum me florente ætate ad mortem rapi viderem. Videtur enim tunc natus fuisse 59 annos. In-

erat enim regnum natus 25, erant autem jam elapsi 14.

VERS. 11. DOMINUM DEUM. Hebr. Jah, Jah, id est, *Deum, Deum, inquam*. De quo nomine jam supra dixi quod idem sit quod *Jehova*. Hoc Ezechiam malè habebat, quod visione tabernaculi privaretur per mortem. Sciebat enim, eo tempore mortuos divinâ visione non frui, sed expectandum esse redemptoris adventum in regione mortis et terrâ oblivionis, cui præferebant sancti viri hic vivere, et laudare Deum. At nunc longè diversa est ratio: *Cupiant enim dissolvi, et esse cum Christo, et hoc multò melius judicant esse.* ET HABITATOREM QUIETIS. Hebr., cum habitatoribus seculi. Nam à verbo *cadal*, id est, *cessavit, desiit*, est nomen quod, sicut *gemul*, non solum terminum seu limitem, sed totum spatium et regionem significat quousque protenditur; ita hoc non tantum terminum vitæ humane, verum totum curriculum vitæ notat, seu tempus determinatum humane vitæ, quod citò delit et cessat; absolutè tamen seculum dicere possumus.

VERS. 12. — GENERATIO MEA. Infra cap. 55, de nomine dor, plura dicemus; *seriem* vitæ significare non debito; nam *revolutionem* quasi sphericam notat; nostra autem vita tota in revolutionibus ac vicissitudinibus consistit. CONVOLUTA EST. Jam supra dixi verbum *galah* significare apparere, atque etiam evanescere, quando similem constructionem habet. Unde verbo *nigrandi* redditur. *Vulgatus* per *translatum* esse interdum vertit: hic *convolutam* dixit; quia quæ transferuntur, convolvuntur; neque dubium quin verbum *convolutionem* designet. PRÆCISA EST. In Hebræo est prima persona, *præcidi, abrupti*. DEN ABUSU ORDIREN. *Middalah, à tenuitate, vel præ tenuitate*. *Vulgatus* hanc tenuitatem retulit ad textores; q. d.: *In primis filis præcidi telam meam*; alii, ad tenuitatem quæ à morbo erat: *Præ tenuitate*, inquit, *abrupti* me, id est, subito mihi vires exhausti, et macie me confecti. Possumus et *tenuitatem* pro capillis accipere metaphoricè; sicut Cant. 7: *Tenuitas capitis tui*, etc., quasi fingat Ezechias Deum in se iratum crinibus arripuisse. Nam verbum *bataa* plerumque de avaris dicitur; et ab eâ avari conditione quam habet rapiendi ac cumulandi divitiis, ad quamvis aliam actionem quæ studiosè et magnâ animi contentione fit transferitur; de quo nonnihil supra in cap. 10, dictum est. DE MANE USQUE AD VESPERAM. Hebr., à die usque ad noctem; q. d.: *Ex quo dies incipit elacessere usque ad noctem*, id est, infra unum diem, id est, brevissimo tempore. FORTIS ME. In Hebræo est vel secunda persona masculina, ut ad Deum referatur (est enim Hebræis familiaris personarum mutatio), vel tertia feminina, et ad morbum potest referri seu tenuitatem.

VERS. 15. — SPERAREM USQUE, etc. *Schavah* in secundâ est *adacquare*, ut supra 28: *Cum adacquaverit superficiem ejus*, etc. Transferiturque ad animum, quando mente res confirmatur ad invicem. Quod Lucas de B. Virgine dixisse videtur: *Conserabat verba, conferens in corde suo*. Ità hic accipi potest: *Noctem*

ducebam, inquit, *insonnem, et mente volebam quid rei hoc esset quod veluti leo sic fringeret universa ossa ac membra mea, et quod tam brevi tempore vitam meam absumere*; est enim mutatio personæ. *Vulgatus* verò *acquare* pro *equo esse animo accepti et patienter ferre*. Sicut Ps. 151, ubi nos habemus: *Si non humiliter sentiebam*, quidam vertunt si non *adacquabam*, id est, si non fui æquabilis seu æquo animo, etc. Quo tamen in loco ego puto ad animi demissionem atque humilitatem referendum.

VERS. 14. — SICUT PULLUS HIRUNDINIS. Duo sunt nomina, quorum prius *sus*, certum est *equum* significare, quod deinde avem notat quam græcum esse putant. Vide Jer. 8. Alterum verò *agur* nonnulli *hirundinem* esse opinantur. Moses hujus avis non meminit. Vir quidam doctus *ferum aserem* esse arbitratur: qui vocem similem grævis edit. Satis constat esse de earum numero quæ statis temporibus migrant. Jer. 8. COLUMBA. *Jonah* Hebræis nomen habet à *præda*, quod omnium prædæ pateat et obnoxia sit. *VIR PATIENS*, *depraudatus* sum. Est autem *fraus* vis quedam; ut non malè *vim pati* dixerit *Vulgatus*. Potest et sic verti, *fraus mihi scilicet fit*, quasi se morte preventum ante tempus significet, et morbum ac mortem incuset. RESPONDE PRO ME. Credo legendum *sponde pro me*; id enim significat verbum Hebræum *orebeni*, *tutum me reddere*; *sic mihi* (sen meus) *fidejussor*; *recipe me in fidem ac tutelam tuam*; reprimè morbi vim et mortis tyrannidem; fac nunc quiescant isti adversarii mei, quia impleti vitæ meæ diebus, me ablaturi. Licet enim verbum in genere committeri significet, tamen metaphoricè Hebræis hunc habet usum; Gen. 44: *In fidem recipit puerum*; Psal. 119, etc.

VERS. 15. — QUID DICAM? AUT QUID RESPONDEBIT MIHI. Ad verb. : *Quid loquar, et dixi mihi*; sed certè repetenda est particula interrogationis, ut intellexit *Vulgatus*, *quid loquar? et quid dicet mihi, et ipse fecit*, id est, ipse enim fecit; ac si diceret: *Quid opus est verbis? quid de morbo conquiror? quid loquar Domino meo? et is quid mihi respondebit, cum morbum ipse immiserit?* legendum enim cum ipse fecerit; nam est tertia persona *asah*. RECOGITABO. Sensum vertit. Verbum Hebræum *iccedere* significat, unde in Ecclesiaste *iccedere animo* pro philosophari accipitur, ubi nos habemus *desiderare quod nescias*. At perambulare animo vitæ quid aliud est quàm *recogitare ac recollere*? Sed quod sequitur obscurum est: ego puto hunc subesse sensum: *Nihil aliud habeo quod loquar, neque quod faciam, quàm super amaritudine animæ meæ*, id est, oppressus hoc morbo molestissimo mente vulvam quot annos vixerim, eosque etiam atque etiam numerando commemorare, et Deo dicam:

VERS. 16. — DOMINE, SIC VIVITUR, vel, ut in Hebræo est, *super hos vivunt*, mihi Domine; ultra hos annos plerique homines vivere solent. Si particula expungenda est; et *Vulgatus* vivit verbum impersonaliter doctè vertit *vivitur*. Ego tertiam personam reitui propter orationem quæ sequitur, et in *ipsis* vitæ

spiritus mei; id est, et inter eos, nempe qui plures annos quam 59 vivunt, posset quidem adhuc spiritus meus vitam ducere, et inter quinquagenarios aut sexagenarios agere. CORRIPIES ME. Verbum *calam* est *somniare*, et in tertia facere *somniare*. Possumus ergo hic ad hunc modum accipere: *Facies ut agnitione hanc veluti somnium transeat et dissolvatur et evanescat, et tandem sanitati restitatur*. Nam quod quidam dicunt etiam hoc verbum significare *pinguere*, juxta illud Job: *Incrassantur filii eorum ac crescunt in frumento*, ego tamen nihil aliud quam *somniare* puto significare. *Somniare* autem et *crescere in frumento* est quod nos Lusitani dicimus *somniare cum tritico* vel aliis rebus quas copiose possidemus et manu semper versamus. Hunc sensum forte arripit Vulgatus *corruptionem* interpretatus est; nam *corruptio* cito transit. Nisi malimus *somniare pro dormire* accipere, q. d., *dormire me facies, ac sanabis*; non enim nocte somnum capiebatur.

VERS. 17. — *ECCE IN PACEM*. In pacem legendum puto. *Hæc*, inquit, *precatus, mox salutem sensi*; et *amaritudo mea, quæ valde mihi amara erat, in pacem* (seu incommutabilitatem) subito versa est. ERUISTI ANIMAM MEAM; *casu* hæc Hebræis est voluptas in aliquo habere, et ferè semper construitur cum *beth*; semel autem, nempe hoc loco, cum accusativo et significat *amante* *auspicere*, et juxta dialectum Hebræorum supplendum est verbum motus, quando verbum quietis habet constructionem motus. *Acceptare ex fovea* est acceptando seu gratificando ex fovea erueri. Hinc Vulgatus verbo *erueri* vertit. Nomen autem non propriè *foveam* sed *perditionem* notat. Ita tamen vocant sepulcrum, quod ibi perdat et corrumpantur corpora. Pro *fovea* autem *corruptionis* seu (ut in Hebræis est) *vetustatis* (quæ tamen per metalepsin *corruptionem* seu *putrefactionem* notat), Vulgatus sensum reddens dixit *ut non periret*. Sunt qui *beli* pro *nihilo* accipiunt, et hic *foveam* nihil vertunt, ut sit *bel* cum *jod*. Sed me latet an alibi ita accipiatur *beli*. Certè germana est usitata Hebræis à verbis in *he* formatio nominum in *jod* finale; unde à *balah* puto esse, id est, *immetratum fuit, et vetustatem* notare, ac deinde *corruptionem*. OMNIA PECCATA, etc. Quid ergo supra *corde se perfecto ambulasse coram Deo* dicebat? Certè ille Deo inculpatus dicitur servire, non qui nusquam offendit, sed qui peccatis non adheret. Sed mox ad se reversus, errorem suum deflet. Rarissimi enim fuerunt qui nunquam peccarunt. Unde Bernardus ait: *Beatitude Dei est non posse peccare*. At ille homo *beatus* est cui non imputavit Dominus peccatum, etc. Illis autem non imputantur qui resurgunt et penitentiam agunt.

VERS. 18. — *NON INFERNUS*, etc. In secundo membro repetenda est negatio, ut fecit Vulgatus, *neque mors* laudabit te. *Inferni* autem et *mortis* nomine mortuos significat, quos *mox descendentes in foveam* seu lacum vocat. EXPECTABANT; *schabar* cum dextro puncto est *frangere*; at cum sinistro est, veluti contrariè significatione, *fixis oculis intueri*; quod quia expectantes

faciunt, verbo *expectandi* solent interpretes reddere. Sed nihil obest quò minus verbo *intendi* reddamus, ut Neh. 2: *Et eram intuens in muros*. Ps. 14, et 119, et 145. Et in hæc significatione est frequens Chaldaicè verbum *sabar*; ergo verbo *expectandi* reddi poterit. Intueri autem seu spectare Dei veritatem, id est, justitiam, æquitatem, constantiam, ponitur pro eam laudibus celebrare, quod nemo sit qui in Dei veritatem oculos figat, qui se continere queat quin eam admiretur et in ipsius laudes prorumpat. Quod enim hoc versu dixit *intueri veritatem Dei*, sequenti notam eam facere vocat.

VERS. 19. — *VIVENS, VIVENS*. Seu *vivus, vivas, inquam*. Et est singulare pro plurali. Sicut ego *monē*, Adhuc acceptas Deo putabant sancti piorum hominum laudes, ut cum à Deo vitam peterent et salutem, vel hoc tantum se Deo reddituros promitterent. Idque à patre Davide didicisse videtur Ezechias, qui non uno loco, ut Deum flectat, objicit: *Non mortuos laudare Dominum, sed vivos, etc.* Ergo Ezechias salutem consecutus, ad templum veniens hoc canticum videtur decantasse. PATER FILIUS, q. d.: Hoc plium et optandum est, et hoc ratio videtur exigere, ut homines pii tamdiu vivant quousque filios generent quos timere Deum doceant. Quam enim hoc sit Deo acceptum, satis indicavit ipse Dominus in Genesi, cum magnificare vellet Abrahamum, pro ratione subnectens, quod absque dubio docturus esset posteris suos ut Deum colerent, etc. Et David ipse vitam longiorem optabat; quam si obtineret, pollicebatur se Deum laudaturum, et iniquos docturum vias Domini. NOTAM FACIET VERITATEM. Hebr., *scire faciet ad veritatem*, scilicet vitam; vel *erudiet ad veritatem*, id est, juxta veritatem.

VERS. 20. — *DOMINE, SALVUM ME FAC*. Hebr., *Jehova ad salvandum me*. Vulgatus ut orationem optantis accipit; potest tamen esse asseverantis: *Dominus fuit mihi ad salutem; quare Psalmos nostros, etc.* PSALMOS NOSTROS. Verbum *ganah* sonare, seu *ludere in instrumento musico, pulsare seu tractare instrumenta* significat. Hoc probat locus de Davide 1 Sam. 16, ubi ter dicitur de Iudo qui fiebat senu in citharâ. De hoc jam quoque diximus supra 26. Vide etiam 1 Sam. 18. In Hebræo quoque est affixum primæ personæ singularis, *instrumenta mea*; quasi illa instrumenta quæ ad Dei laudes pulsabantur essent ipsis Regis. IN DOMO DOMINI. Scio quidem doctos ex Hebræis ad pro *beth* hoc loco accipere, sicut et Vulgatus accipit: possumus nihilominus al pro *juxta* interpretari, seu *prope*, ut sæpè alias; quod videlicet *juxta templum* circumeuntes canerent et pulsarent instrumenta musica, non tantum intra templum, ut et hodiè plurimis in locis fieri solet in festivitatibus et ad memorias Sanctorum.

VERS. 21, 22. — *Hi duo postremi versus inserendi erant inter versum 6 et 7, ut apparet ex libro regum*. Cæterum quale ulcus fuerit ignoratur; ulcus enim legendum puto; nam id significare *schekin* apparet ex Levit. 15, ubi Vulgatus *ulcus* vertit, et Job 2, *ulcer*

passimo, et Deut. 28. Videtur autem, si etymologiam spectes, fieri ex humore qui quasi carni supernatatur; ejusmodi sunt variae ulcerum species, quorum nonnulla sunt lethalia. MASSAM. Nominis *debeleth* non assignant Hebræi radicem. Si conjecturis locus est, dicerem hujus nominis usum Hebræis esse qualem apud nos Lusitanos nominis *passa*, cui nonnunquam addimus *uvæ*, nonnunquam *ficus*; sed absolute pro *uvæ passis* accipitur. Ita Hebræis pro *ficibus passis* absolute accipiebatur. Interdum tamen exprimitur nomen *ficus*, ut hoc loco; et 1 Sam. 30, dicitur *datum fuisse juveni fragmen debelah, caricarum*. Quasi fieret ex ficibus quedam massa in similitudinem casei, ut nunc fit in regno Algarbiorum. CATAPLASMA. REHT. *contundant super ulcus*, id est, contusum imponant super ulcus. QUOD ASCENDAM IN DOMUM DOMINI.

CAPUT XXXIX.

1. In tempore illo misit Merodach Baladan, filius Baladan, rex Babylonis, libros et munera ad Ezechiam; audierat enim quod agrotasset et convalesceret.

2. Lætatus est autem super eis Ezechias, et ostendit eis cellam aromatum, et argenti, et auri, et odoramentorum, et angenti optimi, et omnes apothecas suppellectilis suæ, et universa quæ inventa sunt in thesauris ejus. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo suâ, et in omni potestate suâ.

5. Introivit autem Isaias propheta ad Ezechiam regem, et dixit ei: Quid dixerunt viri isti? et unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terrâ longinqua venerunt ad me, de Babylone.

4. Et dixit: Quid viderunt in domo tuâ? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo meâ sunt, viderunt: non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis.

5. Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum Domini exercituum:

6. Ecce dies venient, et auferentur omnia quæ in domo tuâ sunt, et quæ thesaurizaverunt patres tui usque ad diem hanc, in Babylone: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.

7. Et de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, et erant eunuchi in palatio regis Babylonis.

8. Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Domini quod locutus es. Et dixit: Fiat tantum pax et veritas in diebus meis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — *REX BABYLONIS*. Quantum ex S. historia possum coniecere, atque etiam ex profanis scriptoribus, postquam in Babylone regnarent Chaldaei ab usque magno illo venatore, ab Assyriis videntur fuisse subjugati; deinde rursum per se regnasse, et bella inter se gessisse; et nunc Assyrios, nunc Babylonios superiores fuisse. Certè translato Israele in Assyriam, ut apparet ex 4 Reg. 17, Babylon subjecta fuisse Assyriis videtur. Quæ translatio fuit anno 9 Osese et 6 Ezechie regis Jehuda. Nunc autem anno 14 Ezechie videtur regem habuisse Babylon, et dein-

MI (1). Aliquando ex infidelitate, aliquando ex animi gaudio petitur signum; atque ita petitur videtur Ezechias. Notandum porrò est quod cum propheta à Domino salutem, et quindecim illi annos vitæ promississet, insuper et liberationem à potentia verbis ipse potuerit; ut vel hinc videamus quanti fecerint Dei laudes, Dei cultum, et figure tantum verorum; et nostram desidiā et ingrati tudinem arguamus, qui in ipsa nauseamus veritate.

(1) Rectius videtur verbi: *Quantum erit miraculum in domum Domini?* (Grotius.)

CHAPITRE XXXIX.

1. En ce temps-là, Mèrodach Baladan, fils de Baladan, roi de Babylone, envoya des lettres et des présents à Ezechias, parce qu'il avait appris sa maladie et sa guérison.

2. Ezechias reçut ces ambassadeurs avec une grande joie, et leur fit voir le lieu où étaient les aromates, l'argent et l'or, les parfums et les plus excellentes huiles de senteur, tout ce qu'il avait de meubles, et enfin tout ce qui était gardé dans ses trésors. Il n'y eut rien ni dans son palais, ni dans tout ce qu'il avait en sa puissance, qu'il ne leur montrât.

5. Alors le prophète Isaië entra chez le roi Ezechias, et lui dit: Que vous ont dit ces gens-là, et d'où viennent-ils? Ezechias lui répondit: Ils sont venus de fort loin pour me voir, de Babylone.

4. Et il dit: Qu'ont-ils vu dans votre maison? Et Ezechias lui répondit: Ils ont vu tout ce qui est dans ma maison; il n'y a rien dans tous mes trésors que je ne leur aie montré.

5. Et Isaië dit à Ezechias: Ecoutez la parole du Seigneur des armées.

6. Il viendra un temps où tout ce qui est dans votre maison en sera enlevé, et que tous ces trésors que vos pères ont amassés jusqu'àujourd'hui, seront emportés à Babylone, sans qu'il en reste rien du tout, dit le Seigneur.

7. Et ils prendront de vos enfants, de ceux que vous aurez engendrés, et qui seront sortis de vous, pour servir d'eunuges dans le palais du roi de Babylone.

8. Ezechias répondit à Isaië: Ce que le Seigneur a dit est très-juste. Et il ajouta: Seulement que la paix et la vérité durent pendant toute ma vie.

VERS. 2. — *CELLAM AROMATUM*. Quid sit 722 et ceps apud eam summa rerum fuisse, ita ut Assiriis quoque imperaret. Nam quando de captivitate Manassæ agit 2 Par. 33, dicitur adduxisse Dominus super *Judeos regis Assyriorum principes, qui ceperunt Manassæ, et duxerunt eum in Babylone*; quasi Senherib occiso à filiis, rebellantibus Babylonii. Ob quod amicitiam inire voluisse regem Babylon cum rege Jehuda verisimile est, quem Assyrii direxerant. Audierat enim. Rectè Vulgatus *vau* pro rationali particula accepit; nam in libro Regum legitur hoc loco.

VERS. 2. — *CELLAM AROMATUM*. Quid sit 722 et

נִחַן non planè notum est ipsis Hebræis. Scribitur נִחַן Gen. 37, et 45, hic autem et in libro Regum cum affixo sine N. Vulg. *aromata* verit. Alii tamen esse genericum nomen et *res pretiosas* significare putant. Ego certè à verbo נִחַן percussit existimo descendere נִחַן; et in Gen. 37, et 45, non dubito quin sit quod Græci et Latini *masticen* vocant, quæ est resina lentis, sic dicta quod *dentibus* teratur ac feriat. At hic aliud nomen mihi esse videtur; et facile assentior iis qui tanquam genericum interpretantur *res pretiosas*. Ergo fecit eos videre domum pretiosarum rerum, quas res mox enumerat, *argentum, aurum, aromata, etc.* Oporamentorum; *besamin, aromata*, esse indicat locus Exod. 59, ubi quatuor species eorum numerantur: *myrrha, cinnamomum, calamus et casia*. Vide item Cant. 4. Et *besem* quidem odor pretiosus est: et ab odore sic dicuntur aromata. Hinc credo deductum nomen nostrum *Bejoim* UNGUENTI OPTIMI. Opobalsamum intelligo, quod in solâ Jerichunte proveniebat. APOTHECAS SUPPLECTILIS S. R. Possumus et *armamentarium* vertere. Nam nomen *heli instrumenta* omnis generis notat, et de armis sæpè dicitur: sed et nomine *supplectilis* interdum non male redditur. Fuit autem Ezechias dives et *inglytus* valdè; et thesauros sui plurimos congregavit, *argenti, et auri, et lapidis pretiosi, aromatum, et armorum omnis generis*, ut habet Vulgata editio, 2 Par. 32. IN OMNI POTESTATE SUA, id est, ubicumque et quocumque potestas ejus extendebatur. Quidquid ergo in toto regno dignum fuit quod exteris ostendi posset, omnia jussit eis ostendi; quod merito tribui potest jactantiæ et inani gloriæ. Nam id Scriptura in libro Paralipomenon his verbis insinuare videtur: *Non juxta beneficia quæ acceperat retribuit; quia elevatum est cor ejus; et paulò post: In legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus, ut tentaretur, et nota fierent omnia quæ erant in corde ejus.* Quibus verbis intelligimus, rebus prosperis elatum fuisse cor ejus; quæ quidem elatio latebat; sed adventibus legatis ut ei congratularentur de salute et favore Dei quem tam admirando portento regressionis solaris testatus fuerat, manifestata est. Ut videas quantò propiores ruinæ sinus dum nobis ex voto succedunt omnia quam cum in adversis agimus; quod in Davide et aliis quoque manifestum fuit.

VERS. 5. — Quid dixerunt, etc. Unde venerunt, etc. Confessionem extorquet, ut sententiam ferat. E TERRA LONGINQUA. Adhuc sibi placere videtur. Quasi enim jactabundus exponit quod *ex longinquo, nempe ex Babylone, ad se venissent.* Item interrogat quid viderissent, respondit, non solum quod omnia viderissent, sed, et quod eis omnia ostendisset, elatus nimirum adhuc, et nondum aliquid mali suspiciat.

VERS. 5. — AUDI VERBUM, etc. Vide, quæso, lector, quod cum prospera nuntiat propheta, è domo sua per nuntios regi nuntiat, videlicet ut nihil timeret, quod de manu Assur liberaret eum Dominus, et civitatem, etc., punctum vero mortis per se ipse regi affert. Nun-

tavit quidem etiam recuperandam sanitatem; sed verisimile mihi est quod nondum à domo regis discessisset; statim enim, fiente Ezechia, factus est sermo ad Isaiam, etc. Nunc etiam adversa nuntiaturus advenit. Fortè quia non æquo animo tristitia audimus, necessaria est ipsa viri Dei presentia, quæ metum et reverentiam incutiat. Unde nomen illud *Jehova teobaeth* inculcat, et attentum reddit, *Audi, inquit, etc.*

VERS. 6. — NON RELINQUETUR QUIDQUAM. Hebr., non relinquetur verbum. Supra his ponitur hoc nomen *dar* eodem modo: quem hebraismum servavit Lucas non semel: *Transecimus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum, etc. Non fuit verbum, inquit, quod non, etc., id est, nihil non viderunt, etc.* Huic respondet poëna, ut non sit *erbum* quod relinquetur. Babylonis ostendit, ut eorum gratulationibus tu quoque gratiam referres; quibus ergo gratiam eorum promereri studiisti, in eorum potestatem deveniant; luasque et jactantiæ et imprudentiæ tuæ penas. Nam nihil aliud hæc tuâ jactantiâ es assecutus quam ut avidius Babylonii ad ea diripienda accurrant, et animo hostili veniant qui nunc amicitie prætextu advenisse videntur. Narrat enim Scriptura 2 Par. 32, quod ut interrogarent de portento illo regressionis solaris venissent. Parigiter erat ut eis Dei potentiam magnificaret Ezechias, ut Dei beneficiarius, et doceret iniquos vias Domini, ut impii ad Deum verum converterentur; ille verò, ut jam erat elatus animo, omnia in sui laudes convertit, et quod ad se videndum venissent *ex terrâ longinqua* sibi laudi duxit. Unde in eum justè exarsit divina vindicta, ut ea amitteret quæ ipsum extulerant; et quæ possessa fuerunt ruinæ occasio, rursus amissa respicere facerent, ut mox Scriptura commemorat.

VERS. 7. — EUNUCHI. Saris nomen peregrinum seu Ægyptiacum esse videtur, quo is est appellatus qui regi erat à negotiis aulicis, maxime autem curandis cubiculis. Hinc D. Hieronymus verit. *Eunuchus*, id est, *cubiculi custos*. Et licet illi quoque interdum castrarentur, ut de fide continentie minis suspecti essent, tamen non omnes spadones fuisse constat ex nonnullis locis S. Scripturæ.

VERS. 8. — BONUS SERMO DOMINI (1). Patientie sunt verba, et errorum suum agnoscens. Idque ex libro

(1) Hebraicè est in secundâ personâ, quod locutus es, quomodo interpretis idem verit 4 Reg. 20, ut dirigitur sermo Ezechie ad Isaiam prophetam, gravia illi ex præcepto Domini comminantis. Et eodem recidit. Sensus enim est: Quod mihi nuntias à Domino hominum verbum Domini interpretor. Verba enim sunt, voluntatem suam subiectis Dei voluntati, et justitiam ejus probantis. Tamen hoc adject: *Fiat tantum pax et veritas in diebus meis.* Ubi pax quietem et tranquillitatem in bono significat, veritas stabilitatem. Et sensus est: Tantum precor, ut quoniam de diebus meis nihil mali nuntias, regi mei statum habeam pacatum et stabilem, quoad vivam. Sic et Ecclesia ait: *Da pacem, Domine, in diebus nostris.* Non ergo peccavit his verbis Ezechias, quod non fuerit conatus avertere iram Dei à posteris quoque suis, quod ei impingunt Hebræi; sed scilicet cognite per prophetam absolutæ Dei voluntati suam voluntatem pie accommodavit.

(Estius.)

Paralipomenon apparet: *Elatum est cor ejus; et facta est contra eam ira, et contra Judam et Jerusalem. Humiliatusque est postea eò quod exaltatum fuisset cor ejus, tam ipse, quam habitatores Jerusalem; et idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechie.* Simile quid legitur de impio illo Achab, qui, auditiæ sententiæ Domini indignationis divinæ plenâ per Eliam prophetam, humiliatus est, et dormivit in sacco, jejunavit, et ambulabat dimisso capite. Unde Dixit Dominus Elie: *Vides humiliatum Achab? Quia igitur humiliatus est mei causâ, non inducam malum in diebus ejus; sed in diebus filii sui inferam malum domui ejus.* Igitur ad verba Isaie tam rex Ezechias quam populus humiliati sunt et penitentiam egerunt, dicentes justum esse Dominum, et dignos se qui omnia bona amitterent, quod Deo gloriam non dedissent. Et dixit: FIAT PAX, etc. Hunc sensum quem Vulgatus CAPUT XL.

1. Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Deus vester.

2. Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

3. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

4. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt prava in directa, et aspera in vias planas.

5. Et revelabitur gloria Domini; et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

6. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri.

7. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos: quia spiritus Domini sufflavit in eo. Verè fenum est populus:

8. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos. Verbum autem Domini nostri manet in æternum.

9. Super montem excelsum ascende, tu qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem; exalta; noli timere; dic civitatibus Juda: Ecce Deus vester.

10. Ecce Dominus Deus in fortitudine venit, et brachium ejus dominabitur; ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo.

11. Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit; fœtas ipse portabit.

12. Quis mensus est pugillo aquas, et celos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, et libravit in pondere montes et colles in statera?

13. Quis adjuvit Spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, et ostendit illi?

14. Cum quo inivit consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam justitiæ, et erudit eum scientiam et viam prudentiæ ostendit illi?

15. Ecce gentes quasi stilla situlæ, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt; ecce insulæ quasi pulvis exiguis.

expressit, Hebræa non reddunt nisi interrogativè accipiantur. Nam hic interdum interrogat, ut suprâ ostendit; esque optantis; *putane, erit pax et veritas in diebus meis? Fierine potest ut saltem diebus meis sit pax et veritas?* Et hunc sensum habet Vulgata editio, si tanquam verba deprecantis accipias: *Fiat pax saltem in diebus meis, etc.* Idque confirmant verba quæ pro his habentur in libro Regum: *Et dixit: O si fieret pax, etc., vel: Numquid fieri non poterit ut sit pax, etc.* Nomine autem *pacis et veritatis* intellige quidquid ad corporum et animorum salutem necessarium est. Sensus verò quem in versione sum secutus satis planus est: *Rectum est verbum Domini quod locutus est, et dixit, nempe quod fieret pax in diebus meis.* Nam cum hoc se quoque indignum putaret, ex animo gratias agere videtur, et sententiam Domini æquo animo suscipere.

CHAPITRE XL.

1. Consolèz-vous, mon peuple, consolez-vous, dit votre Dieu.

2. Parlez au cœur de Jérusalem; et assurez-la que ses maux sont finis, que ses iniquités lui sont pardonnées, et qu'elle a reçu de la main du Seigneur le double de ses péchés.

3. Voix de celui qui crie dans le désert: Préparez la voie du Seigneur, rendez droits dans la solitude les sentiers de notre Dieu.

4. Toutes les vallées seront comblées, toutes les montagnes et les collines seront abaissées; les chemins tortus seront redressés; ceux qui étaient raboteux seront aplatis.

5. Et la gloire du Seigneur se manifestera; et toute chair verra en même temps que c'est la bouche du Seigneur qui a parlé.

6. Une voix m'a dit: Criez. Et j'ai dit: Que crierai-je? Toute chair n'est que de l'herbe, et toute sa gloire est comme la fleur des champs.

7. L'herbe s'est séchée, et la fleur est tombée, parce que le Seigneur l'a frappée de son souffle. Le peuple est vraiment de l'herbe.

8. L'herbe s'est séchée, et la fleur est tombée; mais la parole de notre Dieu demeure éternellement.

9. Montez sur une haute montagne, vous qui annoncez l'Evangile à Sion; élevez votre voix avec force, vous qui annoncez l'Evangile à Jérusalem; élevez-la, et ne craignez point. Dites aux villes de Juda: Voici votre Dieu.

10. Voici le Seigneur Dieu qui vient dans sa puissance. Il dominera par la force de son bras; il porte avec lui ses récompenses, et il tient entre ses mains le prix de ses travaux.

11. Il mènera son troupeau dans les pâturages, comme un pasteur; il rassemblera dans ses bras les petits agneaux, et il les prendra dans son sein; il portera lui-même les brebis qui seront pleines.

12. Qui est celui qui a mesuré les eaux dans les creux de sa main, et qui, la tenant étendue, a pesé les cieux? qui soutient de trois doigts toute la masse de la terre? qui pèse les montagnes, et qui met les collines dans la balance?

13. Qui a aidé l'Esprit du Seigneur? Qui lui a donné conseil, qui lui a appris ce qu'il devait faire?

14. Qui a-t-il consulté? Qui l'a instruit, qui lui a montré le sentier de la justice? Qui lui a donné la science? qui lui a ouvert le chemin de la sagesse?

15. Voilà que les nations ne sont devant lui que comme une goutte d'eau qui tombe d'un seau, et comme ce petit grain qui fait à peine pencher la balance: voilà que les îles sont devant ses yeux comme un petit grain de poussière.